



Prot. N. 1181/21/I

## DECRETUM

*PAENITENTIARIA APOSTOLICA, ad augendam fidelium religionem animarumque salutem, vi facultatum sibi specialissimo modo a Sanctissimo in Christo Patre et Domino Nostro, Domino Francisco Divina Providentia Papa tributarum, attentis precibus nuper allatis a Rev.do P. Valthero Iosepho De Castro, Superiore Generali Societatis a Sancto Paulo Apostolo, in iubilaeo Beati Iacobi Alberione, quae praefatam Societatem condidit, de caelestibus Ecclesiae thesauris benigne concedit plenariam Indulgentiam, suetis sub condicionibus (sacramentali Confessione, eucharistica Communionem et orationem ad mentem Summi Pontificis) a Patribus et christifidelibus vere paenitentibus atque caritate compulsis, a die I usque ad diem XXX Novembris MMXXI lucrandam, quam etiam animabus fidelium in Purgatorio detentis per modum suffragii applicare possint, si paroecialem Basilicam et Sanctuarium de Urbe, sub tit. Sanctae Mariae Reginae Apostolorum, in forma peregrinationis inviserint et ibi iubilariis ritibus devote interfuerint, vel saltem coram Beati Iacobi exuviis per congruum temporis spatium piis vacaverint considerationibus, concludendis Oratione Dominica, Symbolo Fidei atque invocationibus Sanctae Deiparae Virginis et Beati Iacobi Alberione.*

*Senes, infirmi omnesque qui gravi causa domo exire nequeunt, pariter plenariam consequi poterunt Indulgentiam, concepta detestatione cuiusque peccati et intentione praestandi, ubi primum licuerit, tres consuetas condiciones, si iubilariis celebrationibus se spiritaliter adiunxerint, precibus doloribusque suis vel incommodis propriae vitae misericordiae Deo oblatis.*

*Quo igitur accessus, ad divinam veniam per Ecclesiae claves consequendam, facilius pro pastoralis caritate evadat, haec Paenitentia enixe rogat ut Patres ex Societate a Sancto Paulo Apostolo, prompto et generoso animo, celebrationi Paenitentiae sese praebeant.*

*Praesenti pro hac vice tantum valituro. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.*

*Datum Romae, ex aedibus Paenitentiarum Apostolicarum, die VII mensis Octobris, anno Dominicae Incarnationis MMXXI.*

*Maurus Card. D'Ercole*  
Penitentiarum Major

*Antonius Nylus*  
Reger